

quorumlibet Meridianorum inter se vocatur differentia longitu-
dinis, quæ definitur arcu vel Aequinoctialis circuli, vel paralleli verticalis al-
teri locorum inter eisdem Meridianos intercepto. Sicut autem in quo-
tidiana mundi conuersione, ita in hac quoq; consideratione 15. tem-
pora siue Aequinoctialis siue alterius cuiuscumq; paralleli vni horæ tri-
buuntur, eò quòd totius Aequinoctialis ambitus in 24. horas, distri-
buitur. Verum ne opus esset hac conuersione temporum in horas, ea-
rumq; scrupula, posuimus in catalogo locorum differentiam tempo-
ris congruentem differentiae longitudinis.

Cum autem Epochæ æqualium motuum omnes accommodatae *Meridianus*
sint nobis ad Meridianum Regimontis inlcytæ vrbis Borussiae oportet *Regij montis*
et aliorum locorum tempora seu horas ad eundem Meridianum Re- *Borussiae.*
gimontis coaptare. Potest autem & huius præcepti æquatio duplici
ratione perfici, sicut præcedentis. Aut enim ad Meridianum Regij-
montis iuxta tabularum rationem computare libet motus cœlestes,
& eosdem referre postea ad alios quoslibet Meridianos, Aut primo
& immediatè ad alium Meridianum propositum. Modus computati
ad Meridianum Regimontis dupliciter referri possunt ad alios Meri-
dianos, seu alia loca, vel ut idem numero motus diuersis horis con-
gruat, vel ut iisdem numero horis diuersi respondeant motus. Ut idem
motus congruat diuersis horis, adde differentiam temporis in locis
orientalibus, & subtrahe in locis occidentalibus eò quòd loca orientalia
plures numerant horas occidentalia pauciores, vt dictum est. Et ad
hunc casum propriè destinatae sunt notæ A & S in catalogo regionum
seu locorum, A vt nota additionis, S subtractionis Verbi gratia sit ad da-
tum tempus Regim. motus \mathcal{D} in 12. gr. 20, 1^a, 272^a, \mathcal{S} , ac libeat
cognoscere, cui horæ sub Meridiano Onolsbachij idem \mathcal{D} . motus con-
gruat, vides in Canone regionum iuxta Onolsb. sub titulo tempus scri-
bi o. H. 56, 1^a, cum litera S. Ideo scr. 561^a, aufer à tempore, quod Regi-
omontia Meridiano numeratur porrò, vel iuxta cœli conuersionem.
Relinquetur enim tempus quod sub Meridiano Onolsbachij quadrat
ad inuentum motum \mathcal{D} .

Vt autem iisdem numero horis congruant motus, in Lunæ quidem
motu, pro binis scrupulis differentiae temporis singula scrupula partis
adde motui, si locus alter, ad quem motus propriè non erat calcula-
tus, fuerit occidentalis, sed aufer, si fuerit magis orientalis, vel ex ta-
bulis æqualium motuum collige motum respondentem differentiae tē-
poris, eumq; adde vel subtrahe, vt dictum est Idem etiam si videbitur
facito in cæteris planetis, præsertim si temporis differentia fuerit ali-
cuius momenti. vt sit motus \mathcal{D} . iuuentus ad horam decimam à media
nocte Onols, par. 12, 201^a, 272^a, \mathcal{S} . ac velim scire qui motus congruat

E 2

ad